

folcalguerii et Cornodori illustri comite Regnorum eius Ierusalem anno tercio Sicilie vero anno quintodecimo et terciodecimo die mensis augusti septime Indictionis. Nos Bisancius f. qd. Sire Angeli de Bisancio et pauma (*o paunia*) f. sire Amerucii vir et uxor barolitani Cives Coram Salomone Regali baroli Iudice et testibus subnotatis ego quidem mulier ab eodem Iudice Legaliter inquisita et absoluta in tota huius scripti continencia consesu quoque predicti viri mei Vobis domino Risoni de Marra¹ concivi nostro voluntarie vendidimus et per fustem tradidimus duas domos nostras contiguas que sunt in civitate Baroli in pictagio Sancte Marie Iuxta viam a media pariete iuxta domum nostram a media pariete iuxta domum Bartholomei de Aqua et a med. (*manca*) iuxta domum filiorum domini Ioczolini de Marra Ex qua venditione accepimus a vobis uncias auri viginti tres tarenorum Sicilie totum videlicet pretium ipsius venditionis Quatenus a presenti vos et vestri heredes dictas domos habeatis possideatis *etc.* Vadium quoque vobis dedimus *etc.* Liceatque vobis si contra fecerimus *etc.*

Quod Scripsi Ego Leo de Kuripetro Regalis baroli notarius qui interfui. (*Segue il segno*).

† Salomon q. s. Baroli Iudex. (*Segue il segno*).

† Ego Sanedus de domino Sansone de barolo.

† Ego Raynaldus Cugnectus quondam Iudex.

† Ego Petrucius Curiensis notarius testatur.

¹ Le parole *vir et uxor* e le altre: *vobis domino Risoni de Marra* sono scritte in carattere più grossetto e molto più perfette delle altre.